



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

11. Fallentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

358 DE POTESTAT SÆCUL.

gem ponere superiori, Vide Francum in cap. Ex insinuatione. 50 & in cap. personas. 4 de appellat. ubi novem modos præfigendi terminos appellantibus proponit. Mattheus Boyß Doctor.

IO Fallentia.

Decimo fallit in Laico arbitratore, quia talis cognoscere poterit de usura, etiamsi quæstio juris, ita voluit Pe, de Ancha, consil, 33 & consil, 98 dicens. cap, contingit, de arbit, non procedere in arbitrarem. Sicu, const, 64 ver. item ibi fuerunt arbitratores,

II. Fallentia

Vndecimo fallit in crimine adulterij, in quo si agatur ad pœnam sanguinis, secularis tamen est Iudex, cap, 9, Sententiam, Ne Cle, vel Mo, & l, quamvis. C, de adulte, de procurato, cap, tuae, & sic intelligitur cap, rex debet, 23 qu, 5, Si vero ageretur ad aliam pœnam, puta detrusonis in monasterium, tunc etiam secularis est iudex: ut in authen, sed hodie, C, de adul, Licet execu-
tio pertineat ad judicem Ecclesiasticum, quia secularis non habet monasterium, arg. in fil, 2, q, 6, biduum ver-
si quidem, & ff, de interdict, & rele, l. inter pœnas,

De Ecclesiastico est dubium, & dependet à cap. gaudemus, de divortijs posset tamen dici quod quatenus agetur ad aliam pœnam citra sanguinem etiam ipse sit competens contra Laicum ad hoc, cap. 1. de offi. ordi. & 32 qu. 1. cap. de Benedicto, quia per adulterium pec-
catur in matrimonium, quod est unum de septem sa-
cramentis Ecclesiae, & potest Ecclesia imponere pœna
ignominiosam, ut incidere capillos, & pannos ante &
retro, ut moris est in quibusdam locis, pro quo bona
glo. in præalleg. cap. de Benedicto, juncto ibidem textu,
& facit

& facit 26. q. 5. cap. *Episcopi. in prin.* ita dicit Sicul. *in alle. cap. cni* sit generale, quem sequuntur Ludo. *in singulari* 674. Sicul. *in alleg. cap. iux. cap. 1. de offi. ordi.* Archi. *in cap. rex alleg.* & *in cap. postulatis. 3. qu. 7.* Sicul. *in cap. gaudemus.* de conver. conjuga. ubi dicit Ecclesiam posse hujusmodi crimen punire etiam ultra separationem thori contra Ioan. And. *in cap. si. de foro.* compe. lib. 6. Ange. *in authen.* sed hodie allegat. & fa. cap. *consuluit, id est, do app.* ubi Episcopus procedit contra detinentem uxorem alterius, ad idem, cap. *secu-* lares. 33. qu. 2. Bald. *in auth.* Clericus C. de Epis. & Cle. Pet. de Ancha. *in alleg.* regula juris, ea quæ. in 4. qu. inter alia dicens, quod si confitens copulam, sed eam negat esse adulterium negando matrimonium, de hoc judex secularis cognosceret. Et idem dic si Laicus cognosceret monialem, quia tanquam sacrilegus poterit per utrumque judicem puniri, scilicet per eum qui præ-
venerit.

A D D E , de adulterii pœna.

Placuit hic inserere quoad pœnam adulterij quod licet jure C. tum etiam ex Caroli Quinti constitutione 120. Adulterium gladio puniatur, tamen ea pœna non servatur per Italianam, Galliam aliasque provincias, & arbitraria infligitur, vel pecuniaria vel corporalis. Clar. *in verba ad-* adulterium num. 7.

De Gallia id testatur Rebuffus in Consti. regi. in proæmio. n. 108. citat plures alios. Cassaneus tit. de justitia nu. 46. Philibertus Bugnyon, in abrogatis legibus Galliæ. Faber in §. ex non scri. de jure natur. & in Institu. testatur nunquam visum esse, quod adulterium capite plexum sit,

360 DE POTESTA. SÆCUL.

Ravennas singulari 938. refert, in quibusdam locis Francia consuetudinem esse, quod uxor adultera nullam patiatur pœnam, sed maritus ejus super asino per totam civitatem ducitur, præcone alta voce clamante. Sic fit maritis, qui permitunt uxores nimium jejunare. Adde Sylvam Nuptialem alle. I. n. 90. & Guido. Papæ decis. 206.

De Italia testatur hoc post Ananiam Tirquellus de legibus connubialibus l. 13. n. 23, ut refert Fischardus in com. opin. in verbo adulterij pœna, in secundo tomo comm. opinionum. Et Cotta in memorab. verbo Consuetudo. Vide plurimarum urbium statuta desuper per Menoch. casu arbit. 419 mox in fine.

De Germanis testatur id Wesenbechius in paratit. tit. de adulterio. Minsing. in Inst. de publicis judicij, quibus locis hanc pœnam in multis locis Germaniae arbitrariam esse attestantur. In Saxonia tantum adhuc capitalis pœna infligitur, teste Schnedwino in Inst. Excusanda igitur Coloniensis nostra consuetudo, qua adultera & adultera famosos lapides duos ex collo dependentes cum candelis ardentibus ignominiosè per Basilicam D. Petri circum tres Reges, & deinde per plateas lictoribus præcedentibus portant, & deinde pœna pecuniaria multantur. Testatur de hac quoq; notoria consuetudine Ravennas q. professor juris Coloniensis sing. suo 938.

De pœna adulterij, quod capitalis fuerit jure

Ce-

Codicis, tradit Couvarruvias in Epitome sponsaliorum, in 4 decretalium cap. 7. part. 21. §. 7. n. 16. Clarus in crim. in verbo adulterum nū. 7. ubi refert Alciatum dicere solitum. Si omnes Clerici adulteri forent in monasterium detrudendi quod tunc pauci per terram ambularent. Citat quoq; hunc autorem nostrum dicto loco Couvarruvias n. 17. Adde Ignatium Lopes in c. 85 in præxi crim. ubi etiam nostrum auctorem refert..

De varijs pœnis adulterii vide Romanum sing. 674, ubi refert pœnas adulterij. Separationem thori, detrusione in monasterium, scissionem in pannis & vestibus in ignominiam. Excommunicationem, his adde quintam sanguinis, refert gloss. in pragmatica sanctione titu. de concubinariis in fine. Ubi addit in Gallia non puniri adulteria, nisi maritus vel uxor conqueratur. Et sic manere impunita.

Imperator Leo olim etiam in mitiorem inclinans sententiam statuit, ut utrisq; & adultero & adulterinas tantum abscinderetur, & non occiderentur, si in ipsa turpitudine deprehensi fuissent, ut est in Novella Leonis constitu. 32. Sed Imperator Constantinus non voluit faciem hominis, ad similitudinem caelstis pulchritudinis figurata, pœna damnationis maculari. l. si quis in Metallo. C. de pœnis. Homo enim est dignissima creaturarum l. justissime de ædit. edict. Unde Virgil.

Illi caelstis origo est, ut relatum est in ca. hac

B b 2

ima-

362 DE POTESTATE SÆCUL.

*imago. 33. q. 5. refert Mantua sing. 524. Maranta
in specul. distinct. 11. judicium aliud capitale,
aliud non capitale. n. 8. Min sing. obs. 46. centu. 2.*

*Illiud oblectamenti gratia addo, quod cou-
ru. d. loco. & Tiraquel. in l. 13. connubiali. n.
11. referunt apud Cumæos mulierem in adul-
terio depræhensam in fórum deduci: & saxo im-
positam omnibus spectandam proponi, iude in a-
sino collocatam, & per totam civitatem circum-
ductam in eundem locum restitui. Ex illo infamia
notatam appellant propterea quod asinum equi-
taverit. Idem refert Tiraquellus de Pisidijs d. l.
& diversissimas adulteriorum pœnas. de quibus
etiam Menochius casu arbitr. 419 latissime.
Mattheus Boyß Doctor.*

12. Fallentia.

Duodecimo fallit in criminé, quod committitur
in literis Apostolicis, nam de talibus si Laici fuerint,
poterit judex secularis pœnam civilem imponere arg.
f. & C. de fal. & quod not. 19. dist. cap. in memoriam.
Ita tenet SICU. in alle. cap. cum sit generale.

13. Fallentia.

Decimotertio fallit in sortilegis & divinatoribus,
quos etiam judex secularis punire potest secundum Si-
cu. in præalleg. cap. cum sit generale. & in cap. 1. de
sortilegis, dicens quod licet sit crimen Ecclesiasticum
non tamen merè, & ideo est locus præventioni inter
eos, nam utroque jure hoc crimen est damnatum &
acerrimè punitur per jus civile, ut C. de malefi. &
Mathe. per totum.

ADDE